

uel testimonium in reuolutione, aut quòd ipsi sint domini radij uel diuifores. Genera accidentium ex multis eliciuntur, de hoc uide Hali Abenragelem in reuolutionibus natiuitatum, ubi dicit, Planeta habens potestatem in anno, maxime si fuerit dispositus in radice. Si fuerit in locis dispositionis, id est signo profectiois, uel eò asperit, erit augmentum accidentis, si conuenienter aspexerit, id est  $\Delta$  uel  $\times$ , concordans cum loco radice, bonum significat. Si inconuenienter, id est  $\square$  uel  $\rho$ , malum. In alijs statibus nihil operatur.

Observationem temporum futurorum accidentium natiuitatis ex directionibus, diuisionibus, atq; profectioibus definire. Ca. XII.

**P**rimo considera quinque Hylegia, ascendens, Solem, Lunam, partem fortunæ, medium cœli, & coniunctionem uel oppositionem, quæ præcessit immediate natiuitatem. Deinde considera eorum directiones ad malos & ad bonos, quæ inducunt tunc effectum durantē, quo usq; alteri loco applicabunt. Et istud appellatur tempus uniuersale, quod obserua in singulis supradictis significatoribus dirigendis. Et sub isto tempore uniuersali, constituitur aliud tēpus particulare, quod est, quia significatoris directio, quæ alias diuisio appellatur, nunc in uno, nunc in alio signi termino reperitur, & hoc tēpus auget uel minuit ab influentia primi temporis. Tempus tertium est profectio significatoris, quæ singulis annis permutatur à signo in signū. Et in hoc tempore alia imprimitur dispositio bona siue mala, quæ diuersi mode cōsiderata, siue fortis siue debilis fuerit, augebit uel minuet significata annorum temporū præcedentiū. Extat & transitus planetarū per loca necessaria, qui transitus etiam diuersimode consideratur. Nam in h̄ transitum eius corporis consideramus per loca temporū uniuersaliū. In 24 consideratur transitus corporis eius per loca annorū, hoc est, per signum profectiois annuæ. Martis aut Solis, Veneris & Mercurij, cōsiderantur transitus eorum per loca profectiois mensurnæ, & Lunæ per loca profectiois diurnæ. De bonitate aut malicia accidentis, consideratur ex dispositione illorum planetarum gubernantiū talia tempora. Qui si boni, & cū illa concordantes fuerint, bonum significant de natura illius planetæ. Si uero mali & discordantes, malū significant de natura illius mali planetæ. Et magis apparebit accidens, cum planeta dominabitur dispositioni temporis, qui fuerit illius rei dispositus in radice natiuitatis. Verbi gratia: Dominabatur Saturnus in dispositione temporis uniuersalis, circa esse corporeæ dispositionis, nam fuerat ob situm in ascendente dispositus corporis. Tunc enim apparebit magis accidens, quam si fuisset simplex dominator temporis uniuersalis, & tunc etiam apparebunt fortiora significata, quando plures concordabunt uel concurrunt directiones uno tempore concordantes, siue in bonum, siue in malum.

Experimentum de transitu domini ascendentis super gradum infortunæ radice natiuitatis. Canon XIII.

**T**ransitus domini ascendentis natiuitatis super gradum infortunæ radice, illa die infortunat natum iuxta positionē infortunæ in domo reuolutionis, maxime si illa infortuna dominiū habuerit in anno, Verbi gratia: h̄ fuit in radice in 19 gradu  $\text{♋}$  in domo decima,  $\text{♌}$  existente ascendens radice, & in reuolutione posuit se h̄ in 12. Quando igitur ♀ domina ascendentis natiuitatis per transitum ad 19. Cancrī peruenit, fuit natus captus &c.

Aliud experimentum de parte fortunæ. Canon XIII.

**A**rs fortunæ quæ accipitur à  $\odot$  in  $\text{♌}$  tempore reuolutionis natiuitatis in die, uel econtra in nocte, & projicitur ab ascendente reuolutionis, si eā aspexerit aliquis suorū dominorum, lucrabitur natus illo anno &c.

F I N I S.